UBi datam manſionez ſibi regis intrauerant ceperũt apoſtolicã ꝑmitiue eccleſie vitam imitari oꝛationib⁹ videlʒ aſſiduis vigilijs ac ieiunijs in ſeruiendo verbo vite quib⁹ poterãt p̄dicando ſcd̃m ea q̇ docebant ipſi per omnia viuendo.

Cetera de cõi ut decʒ. Sancti Germani epi ⁊ ꝯfeſſoꝛ. ſine regi. choꝛi. iij. lec. oꝛo de cõmuni vnius ꝯfeſ. ⁊ pont. Lectio. j.

BEatus igiſ german⁹ pariſeoꝝ põtifex fridoꝛij auguſtudinẽſis idigena pr̃e eulecherino matre quoqʒ euſebia ⁊ honeſtis ⁊ honoꝛatiſqʒ parẽtibus ꝓcreatus fuit. Cuius genitrix ꝓ eo ꝙ huic poſt alterũ ĩfra breue ſpaciũ ꝯcepiſſet in vtero pudoꝛe mota mľiebꝛi cupiebat añ partũ infantem extinguẽ. Tu.

Le. ij.

ET accepta petitõe vt aboꝛtũ ꝓijceret duz nocere nõ poſſet incubat in vẽtre vt pondere ꝑſtercoꝛaret quem veneno ledere nõ poſſz. Sz ad ſancti p̄coniũ quanta ẽ hec laudatio cuz ineffabiliter multa et ſtipendia fierent ſub momẽto. Tu autem. Lectio. iij.

CEterũ elemoſynis quãtũ fuerit ꝓdigijs expoliari ñ poterit: nec ſi toti⁹ populi vox i vno ſe glutinet. Qui frequentẽ ꝯtentus vna caſula vel tunica quicq̃z erat reſidui nudus pauperem veſtiebat vt inops calefaceret largitoꝛẽ fulgẽte. Quanta et fuerit redemptiõis effuſio nullatenus explicabiſ vel loco vel numero. Cetera vnius confeſ. ⁊ pont. Sancte petronille ṽginis ñ mr̃is. iij. lec. cũ noc. ſi poſt oct. trinitatis ⁊ coꝛpoꝛ. chꝛiſti euenerit. Si ṽo infra p̄dictas oct. euenit tunc fiet. iij. lec. cum inuitato. duplici ⁊ . ps. Te deum. ⁊ ſine noctur. Et ſciẽdum eſt ꝙ oĩa feſta. iij. lec. ĩfra oct. trinitat. ⁊ coꝛꝑis xpi ꝯtingentia habẽt Inuita. duplicia niſi feſtũ ſcẽ Etheldrede ⁊ ſancti leonis que cum noctur. dñr ꝓpter vig. niſi oct. coꝛꝑis xpi fiant cum regi. choꝛi. tunc eniz de feſtiſ. iij. lec. fiant tm̃ memo. niſi quando fiunt medie lec. in feſtis. ix. lec. cetera vnius ṽgis non martyris. Oratio

DEus qui beate petronille ṽginiſ tue aiam in celeſtibus collocaſti: fac nos eius interuentu a pctõꝝ noſtroꝝ nexib⁹ ſolui: ⁊ ab omnib⁹ ſemper aduſitatibus defendi. Per dñm.

Tres lectões. Lectio. j.

MArcellus diſcipulus beati petri apoſtoli ſcripſit nereo ⁊ acchelleo de ſancta petronilla hoc modo. Petronillam itaqʒ bene noſtis voluntate beati petri apoſtoli ꝑaliticam factã. ℟. Diffuſa. Le. ij.

NAm cum apud illum plures diſcipuli eiuſ reficerẽ tur ꝯtigit ut diceret typus apostolo petro. Cum vniuersi a te sanent̄ infirmi quare petronillā ꝑmittis iacere paliticā. Tūc petrus apl's ait ad illū. Sic expedit ei. Sed cū existimaretur īpossibilitas eius īcolumitatis meis sermonibus excusari. ℟. Propter v̄itatē ⁊ Lectio .iij.

Ait ad eam petrus. Surge petronilla in nomine iesu ⁊ ministra nobis. Et statiꝫ surrexit. Ministerio autē expleto iussit eā ad grabatū suū redire At illa in dei timore cepit eē ꝑfecta. Non solū ip̄a saluata est veꝝ etiā plurimis annis oratōnibꝰ suis sanitatē recuperauit. ℟. Dilexit. Cetera vnius v̄gī. nō martyris. Sancti Nicomedi martyr. Oratio.

Deus qui nos beati Nicomedi martyris tui meritꝭ ⁊ intercessione letificas: ꝯcede ꝓpitius: vt qui eius beneficia poscimus: dono tue gratie ꝯsequamur. Ꝑ. Ad mat. Inuitat. duplex .iij. lec. Lectio .i.

Beatus Nichomedus presbyter postquā petronillā sepelierat. Flaccus comes vertens animū feliculā sctē petronille collactaneā dixit. Unum e duobꝰ elige. Aut esto vxor m̄ea aut sacrifica diis. Que ait. Neqꝫ vxor tua ero: quia christo sacrata sum. nec deos tuos adorabo: quia xp̄iana sū. Tūc flaccus vicario suo tradidit qui fecit eā tenebroso loco claudi cubiculo septē diebus. Lectio .ij.

Egressa aūt felicula pꝰ septimū diē ducta est ad v̄gines suas vbi etiā alios septē dies sine cibo ꝑmansit. Nulla enim ratōe hec agere potuerūt ut de manibꝰ carnificuꝫ cibos acciperet. Post hec leuata est in eculeo ⁊ cepit clamare dicēs Modo uidere cepi i quo amor meꝰ fixus est postea v̄ba deposita est et in cloaca precipitata.

Lectio .iij.

Sanctus vero nichomedꝰ p̄sbiter in spelūcis positꝰ leuauit occulte corpus eius et sepeliuit diligent̄. Quod cuꝫ ꝑuenisset ad flaccū fecit eum teneri ⁊ duci ad sacrificandum. Quo nolente plumbatis cesus migrauit ad dominū. Corpus vero eius in tyberim p̄cipitatū est. Clericus eiꝰ noīe. Iustinꝰ ⁊ ope iustus collegit corpꝰ eius ⁊ eum sepeliuit. Cetera vnius martyris Sanctoꝝ marcellini ⁊ petri. Oratio.

Deus qui nos annua beatoꝝ martyrū tuorum marcellini ⁊ petri solennitate letificas: presta quesumꝰ: vt quoruꝫ gaudemus meritis ꝓuocemur exemplis. Per dominum no. Ad matutinas Inuita. duplex .iij. lectiones. Lectio .i.

Rome marcellinus p̄sbyter ⁊ petrus exorcista i custodia tenebant̄ sub diocletiano īpatorē ⁊ iudice sereno. Qui beatus petrus dum teneretur i obſcuriſſimo carcere vinculis ferreis aſtrictus ⁊ cuſtos carceris nomīe archennꝰ hƀet filiaꝫ vnicem que quotidie a demonio vexabat eius ꝑcibus ſanata eſt. Lectio ſecunda.

IDem archennꝰ videns hꝫ factū credidit domino cuꝫ vxore ⁊ filia ſupradicta nomīe paulina. Qui a beato marcellino p̄ſbytero cum multis aliis baptiçati ſunt: ⁊ abſqꝫ mulieribus viroꝝ fieret trecentoꝝ nūerus. Audiēs hec iudex ſerenus iuſſit marcellinū pugnis cedi. At vbi defecerūt cedētes ab eo petrū ſeꝑatū iuſſit vt nuduꝫ ſuper vitri fragmenta ſternerent in cuſtodia: ⁊ vt victus lumen qꝫ negaretur. Lectio .iii.

DEinde iuſſit eum vinclis recipi: ⁊ pedes eius ī cyppo artiſſimo ꝯſtringi. Factum eſt autem cū ſeparati eſſent apparuit angelus dn̄i marcellio p̄ſbytero oranti nudo ⁊ induit eum veſtimentis ſuis: ⁊ adduxit eū vbi petrus erat in cyppo ferreo. Sed ⁊ ipſum ſoluit et ambos perduxit ad domū vbi nuper baptiçati ⁊ orabant. Tu aūt Cetera de communi plurimorum martyrum. Sancti bonifacii ſociorumqꝫ eius tres lectiones. Oratio.

OMnip̄s ſempiterne deꝰ qui beato bonifacio ſociiſqꝫ eius palmam martyrii contuliſti: preſta nobis queſumus eorum meritis indulgentiaꝫ: q̄ eis dignatus es largiri coronā. Per do. Caplm. Plures facti ſūt. Cetera oīa plurimoꝝ martyrū ⁊ pontiꝫ. Sanctoꝝ Medardi ⁊ Gildardi epoꝝ. Inuita. duplex ſi infra paſch. tempꝰ aduenerit vel infra oct. trinitatis vel corpis chriſti euenerit. Si vō poſt ꝑdictas oct. euenerit. Inuitatoꝝ. ſimplex. Oratio.

DEus qui ſanctā nobis huius diei ſolennitatē in honore ꝯfeſſoꝝ tuoꝝ atqꝫ pontificum medardi ⁊ gildardi conſecraſti: adeſto familie tue ꝑcibꝰ ⁊ dona: vt quoruꝫ feſta celebramus: eoꝝ merito et auxilio ſubleuemur. Per. Lectio .i.

BEatiſſimi medardi ⁊ Gildardi antiſtitis ſolennitatem que ꝑ vniuerſum munduꝫ v̇tutū meritis ꝓbatur nequiuimus ſilentio ꝑterire q̄uis verbis cūcta ꝯſtringere. Pr̄ eius vero natus de genere frācoruꝫ videlicet medardi noīe nectardꝰ nō iſimꝰ fuit libertate. L. ii.

MAter vō eius romana nomine pſagia abſolutꝰ claruit ſeruitute natalibuſ. Que in xp̄i natalibus tabernaculis vt cenſemus ꝑcioſa fecūda partu plus placuit deo q̄ꝫ ſi integritate ſeruata nequaq̄ꝫ ſe vincul' viribus tradidiſſet. Quoꝝ in vico vero mandenſi territorio ⁊ habitatio fuiſſe dinoſcitur et origo. Tu autem. Lectio .iii.

IN q̄ vrbe cū adoleſcēs ad ſcolam recurreret caſulaꝫ quā ei nutrix ſua fecerat p̱ ipm̄ ad artificē componēdā direxit: quē in itinere caro a ſe invento mox p̄buit. Silr̄ q̄cq̄d ad eſcaꝫ accipe deberet dū parentuꝫ ſuorū gregē paſceret ſi pauperē vidiſſet cibos egenti porrigebat. Ipſeqꝫ ferebat inopiaꝫ diei ducens ieiunia. Cetera: de cōi plurimoꝝ ꝯfeſ. Tranſlatio ſancti Edmūdi archiepi. Caplm̄. Ecce ſacerdos. Oratio

Deus qui nos bti Edmundi confeſſoris tui atqꝫ pōtificis tranſlationem celebrare ꝯcedis: te ſupplices exoramus: vt eius meritis ꝛ p̄cibus a viciis ad v̄tutes: ꝛ a carcere trāſferamur ad regnum. Per. Memo. de martyrib⁹ añ. Gaudēt in celis. Oratio.

Hac nos q̄ms dn̄e ſcōꝝ martyrū tuorū p̄mi et Feliciāi ſemp̱ feſta ſectari: quoꝝ ſuffragiis ꝓtectiōis tue dona ſentiamus. Per. Lectiōes de cōmūi vnius ꝯfeſ. ꝛ pont. medie lectiones de martyrib⁹. Lectio. iiii.

Glorioſi martyreſ p̄mus ꝛ felicianus in dn̄o ſemp̱ viuentes a pontificibus temploꝝ apud imp̱atores ꝙ xp̄iani eēnt accuſati ſunt ꝛ inquiſiti. Erant eni cives romani ꝛ adducti ſūt in conſpectu imp̱atorū. L. v.

Et iuſſerunt eos ferro vinctos in carcereꝫ trudi vbi fuit angeluſ domini qui eos cōſolabatur. Poſt aliquot vo dies iuſſerunt imp̱atores eos a luis aſpectibus p̄ſentari.. Et iuſſerunt milites ſuos . vt ducerent eos ad fanū herc̄lis: et ſi ſacrificare nollent fortiter eos penis affligerent. Tu autem domie.

Lectio ſexta.

Cum nulla poſſent ſancti rōne moueri: ſed ꝓ chriſti nomine optarent magis mori q̄ꝫ viuere: extenderunt eos milites ꝛ virg' eos fortiter mactauerunt. Tu autem. Cum expoſitione euangelii. Homo quideꝫ peregre. Cetera vnius confeſſoris ꝛ pontificis in communi ut decet. Sancti barnabe apoſtoli. Oratio.

Ecleſiam tuam queſum⁹ domie beati barnabe apoſtoli tui cōmendet oratio: ꝛ pro ea interuentor exiſtat q̄ꝫ doctrina ꝛ paſſione illuſtrat. Per. d. Oīa fiant de cōi. Lectio. i.

Beatus Barnabas qui et ioſeph eſſe cyprius genere eo fere tempore quo ſancta eccleſia gratiaꝫ ſpiritus ſancti ſuſcepit tertio videlicet poſt paſſionem domini anno cum paulo apoſtolo ad apoſtotulatus celſitudinem ꝛ gentium predicatōnem vocante ſpiritu ſancto electus eſt. Tu autem domine.

Lectio ſecunda.

Qui qualiter quanquaꝫ inſigniato ſibi diuinitus miſterio refuderat. Lucas euangeliſta in actibus apoſtolorum uculenter ſermone declarat. Quomodo vero beatus Barnabas p̄ martyrii palmam ad coronam glorie venerit. Joannes diſcipulus eiꝰ barnabe cognamẽto marchus fideli reuelatione oſtendit. Lectio.iii.

IDem enī lucaſ beato paulo apl'o in p̄dicatiõe ſemp̄ coherens ſancti barnabe finez valuit cernere. Barnabas aũt cum eſſet apud yconiũ cum beato paulo apl'o apparuit ei per viſum dñs ieſus chriſtuſ dicẽs Conſtans eſto barnabas veriſſime credendo: qm̄ ꝓ ſcã deuotione qua reliquiſti generationẽ pro nomine meo percipies premia eterna. Lectio.iiii.

CUnqz de yconio p̄tranſiſſent antiochiaz angelica viſio beato paulo apl'o facta eſt dicens. Celeriter ꝓpera hieruſalẽ nec morã facies qm̄ fratres tui valde p̄ſtolanť aduentum tuum. Lectio.v.

QUod cum beato barnabe panderet ait beatuſ barnabas. Quia volũtatem dei ꝯtradicere non expedit fiat voluntaſ dñi. Tm̄ obſecro ora pro me ad dñm vt decertatio mea fiat acceptabilis in ꝯſpectu eius. Tu autem. Lectio.vi.

TUnc vero ꝓpero cyprum ⁊ poſt modicũ tempus finem vite mee complebo faciez tuã ꝓtholoꝝ vltra corp̄alit̄ nõ viſurus. Cum aũt barnabas p̄ueniſſet cyprũ inuenit ibi ſymonem ⁊ areſtionem famulos domini. Tu aũt. Lectio.vii

SImon tenebať febribus. Cui cum manꝰ impoſuiſſet beatus barnabas ⁊ ſacrum matthei euangeliũ p̄ inuocationez nois dñi ſaluatoris noſtri ſtatim febris fugata eſt ⁊ a deo corroboratꝰ eſt infirmus vt cõtinuo apl'm cum gaudio ſequereť. Tu aũt. Lectio.viii.

EX doctrina nanqz apl'orũ beatus barnabas euangeliũ ſancti matthei apl'i ſecũ ferebat: ⁊ vbicunqz inueniebat īfirmos ponebat illos ſuper eos ⁊ ꝯtinuo ſanabanť a quacũqz tenebanť infirmitate. Lectio.ix.

VIſitans igiť in fide ⁊ confortatus eſt parentibꝰ ſuis beatus barnabas exiuit de cypro inde pamphũ tranſiturus. Cunqz ita factum eſt beatꝰ barnabas a cypro pamphum tranſiret obuiuz habuit impio ⁊ malefico iudeo nomīe barien: quẽ fidei reſiſtentez olim beatꝰ paulus apoſtolus non perpetualit̄ ſed ad tempus eum illuminãs p̄ualuerat dicens. Eris ſecꝰ vſqz ad tempus. Cetera omnia de communi. Ad .ii. vẽ. tem p̄s. ꝯ apl'is cũ añis ⁊ ℟. et cetera oīa ut decet. Memo. de martyribꝰ añ. Gaudent in celis. ℣. Letamini in domino. Oratio

SAnctoꝝ martyꝝ tuoꝝ baſilidis cirini naboris ⁊ nazarii qm̄s dñe natalitia nobis votiua reſplendeāt: ⁊ qđ illi cõtulit excellẽtia ſempit̄na fructibus noſtre deuotiõis accreſcat

Per dñm. Ad matut᷑. Inuita᷑ duplex.iij.lec. Lectio.j.

Beatus naçarius a ſancto clemente inſtructus et baptiçatus eſt. Qui ariolan⁹ ſub rabie ꝑſecutiõis que ꝑ neronez excitata eſt diu maceratus cuz excelſo puero baptiſmo cuz eo ĩ carcere poſitus eſt afflict⁹: qm̃ idẽ ipſe nutriebat gladio ferire iuſſit. Quoꝝ cõpora chriſtiani claã rapuerunt. v. calẽdas Auguſti ſepelierunt foras porta: q̃ dicitur romana in ꝓprijs ortis. Tu autem. Lectio.ij.

Reuelauerunt autem ſeniores beati cuidaz viro nomine ceratico cui vxor erat fortunata: ⁊ per viſum monuerũt ſe occultari ꝓpter rabiẽ perſecutionis quã nero impius excitauerat latuerũt ṽo ſe ad tẽpora honorij ⁊ archadij imperatorum. Tu autem. Lectio.iij.

Quos beatus Ambroſi⁹ domino r̃uelante reꝑit. Patefacto autez ſepulchro in quo iacebat naçarius qui q̃nto paſſus fuerat vſqz tunc temporis ignorabatur viderũt ſanguinẽ martyris tam recentem qui pñtes erant quaſi eadem die fuiſſet effuſus. Cetera de communi. Sancti Baſilij epiſcopi ⁊ confeſſoris. Oratio.

Deus qui beatum Baſilium confeſſorem tuum doctorem precipuum catholiceqz fidei p̃dicatorem eligere dignatus es: preſta queſumus: vt ip̃o ꝓ nobis intercedẽte a peccatorum noſtrorũ mereamur exui malis et tibi domino ſinceris mentibus deſeruire. Per dñz. Ad matutinas Inuitator᷑. duplex.iij.lectiões. Lectio.j.

Beatus igitur Baſilius cuius hodie venerandam feſtiuitatem celebram⁹ poſtulabat ſe baptiçari in iordane fluuio a Maximiano epiſcopo. Tunc ipſe epiſcopus deſcẽdẽs baptiçauit euz: ⁊ ecce fulgur de celo ignis ſuper eos venit ⁊ columba ex eodem fulgore ad iordanem aſcendit ⁊ turbãs aquã reuolauit ad celum. Tu autem domine. Lectio ſecunda.

Omnes qui hoc viderunt tremefacti glorificauerũt deum. Sanctus vero Baſili⁹ exijt de aqua: ⁊ predictus ep̃us admirans eius ſanctitatem reuerſuſqz cum eo in ciuitatez ceſariam: in qua ipſe baſilius ordinatus eſt epiſcopus. Tu autem domine. Lectio.iij.

Quadam vero nocte adueniens dominus beato baſilio in viſione cum apoſtolis ſuis propoſitionez panis fecit in ſancto altari ⁊ excitauit euz dicens. Secundum poſtulationem tuam repleatur os tuum laude vt per proprios ſermões offeras in ſanguinem ſacrificium. Expergefactus itaqz mox ſurrexit. Et accedens ad altar̃ panem ſanctuz exaltauit dicẽs Dignare domine potenti manu tus tradere nobis ⁊ ꝑ nos omi populo ſcā lcis. Cetera de cōi vnius cōfeſſo. ⁊ ponti. vt ſ̄. cet. Sc̄oꝝ Viti ⁊ modeſti ⁊ creſcentie martyrū. Oratio.

COncede q̄ms. o. d. vt ſcōrum martyrū tuorum viti ⁊ modeſti ⁊ creſcētie quoruʒ celebramus victorias ꝑticipemꝰ ⁊ p̄mijs. Per dn̄m. Ad matſ. Inuitſ. duplex iij. lec. Lec. i.

BEatus vitus i puerili etate maturꝰ p̄mū a patre ſuo ſacrilego byla vt a cultura dei diſcederet temptatꝰ ē deinde a valeriano iudice cathenis ceſus in confeſſione xp̄i ꝑmanſit

Lectio ſecunda.

INde redditus pr̄i cuʒ penis affligeret illū pr̄ meditaref monitu angeli nauē ꝯſcēdens comitantibꝰ ſecū ⁊ creſcētia nutritoribus ⁊ modeſto ad tonagritanū territoriū ꝑuenit.

Lectio tertia.

INde filiem diocletiani iꝑatoris demonio vexatam queſitus ⁊ aduenīꝰ ductus ē ad diocletianū ipſam eius filiam orōne curauit. Cū.n. imperator impiꝰ ſuadere vellʒ mlˀtis donis ⁊ ꝓmiſſis vt culturā ſuis dijs impenderet eiꝰ aīum de bono ꝓpoſito mutar̄ nō poſſet altiſſimis vinculis fereis iſtructū in carcerem deterrimū incluſū iuſſit cuʒ quo parit̄ modeſtum atqʒ creſcentiam vitā huius ſeculi conſūmauerunt.

Cetera dē cōi plurimorū martyrū. Tranſlatio ſcī Ricardi epi ⁊ ꝯfeſ. ix. lec. Oratio.

DEus q̄ nobis tranſlatōeʒ btiſſimi ricardi confeſſoris tui atqʒ ponti. ſolēniter celebrare concedis: tribue nobis q̄ms: eius meritis ⁊ precibus a mūdi huius tranſire miſeria ⁊ ad gaudia ꝑueīre celeſtia Per do. Memo. de martyribꝰ an̄. Gaude. in celis. Oratio.

EXaudi nos dn̄e deus noſter cum ſanctorum martyrum tuorū cyrici ⁊ iulite matris eius tibi patrocinio ſupplicantes vt quorum celebramꝰ triumphum poſſimus retinere conſtantiam. Per dominum. Ad iij. prim. lec. d̄ cōmuni vnius confeſ. ⁊ ponti. ⁊ de martyribus. Lectio quarta.

FActa perſecutione xp̄ianorum ſub. Alexandro imperatore in partibus orientalibꝰ preſes. Julitam nobilem matronam xp̄ianā iuſſit tribunalibus ſuis preſentari. Que habebat puulū filium noīe cyriacum cui cum lacte carnis diſciplinam tradidit diuine legis erudiendū. Lectio quinta.

AD quam preſes ait hortor te vt ſacrifices dijs alīqʒ ad tormēta ducariſ. Que dixit nec dijs imolo nec tormēta tua paueſco. Interea nullatenus. Infans cyriacus a preſide blādimentis demulcetur deide vi nus exaſpatur. Tu autem.

Lectio ſexta.

Il levo blandientem atqꝫ minantem paruipendens iubente preſide ceſus eſt vehementiſſime. At ille erectis oculis et paruis manibus in celū extēſis bñdicebat ſui nomē ſaluatoris. Expoſitio. Homo quidam ꝑ. Lectio. viij. ⁊. ix. de ꝓprietate.

Ex tunc glorioſuſ archiepiſcopus xp̄i confeſſoꝛ edmūdus ſcūm ricarduꝫ dexterā ſuam reputabat pectus conſilij ſui fidelem miniſtrum iuſticie ac eruditoꝛem ⁊ ſeiatoꝛem fructuoſe doctrine. In his q̄ſi ſtella matutina refulgens ſuis creſcentibus meritis plene lune claritatem execrcuit. Poſt hec ad regimen ciceſtrēſiſ eccleſie vocatus factus eſt ſolito lōge magis vigil ad curam non longius ad opuſ ſuauis ad mores. Et tunc fuit ei pauperū cura maioꝛ habitus abiectōne geſtus humilioꝛ affatus.

Lectio nona.

Erat ſanct⁹ ricardus igiť in perſecutione foꝛtioꝛ in libertatis eccleſie defenſione conſtantioꝛ in cenſura iuſticie inflexibilioꝛ in oratione feruentioꝛ in elemoſynarum largitione perfuſioꝛ in pꝛopꝛij coꝛporiſ caſtigatione rigidioꝛ in carnis ⁊ ſpiritus lucri prudentioꝛ. O viri beati induſtria circunſpectio prudentia carni arma debilitationis impoſuit vt armiſ foꝛtioꝛibus ſpiritus muniretur. Ille dedit arma terreſtria vt ſpiritus arma celeſtia commodius tolleraret. Cetera de communi vnius confeſſoꝛis ⁊ pontificis. Sanctoꝛum Marci ⁊ marcelliani fratrum ⁊ martyrum. Oratio.

Preſta queſumus omnipotens deus vt q̇ beatoꝝ martyrum tuoꝝ marci ⁊ marcelliani natalicia colimuſ: a cūctis malis imminentibus eoꝝ interceſſionibus liberemur. Per dominum noſtrum ieſuꝫ chꝛiſtum filium tuum. Qui. Ad matutinum. Inuitatoriuꝫ duplex. iij. lc. reſponſo. de communi. Lectio prima.

Sancti martyres xp̄i marchus ⁊ marcellianus duo gemini fratres iuſſu cromaſij vrbis rome perfecti pro chꝛiſti nomine compꝛehenſi cum idolis ſacrificare nollent in carceralibus vinculis ſunt poſiti.

Lectio ſecunda.

Qui fugitiua ſeculi blandimenta reſpuentes ⁊ momentanea toꝛmentoꝛum genera non timētes ac verbera carnificum animo perſeuerantes tranſeunt cum in chꝛiſti nomine ⁊ confeſſione eius duraſent capitalem iuſſi ſunt ſubiř rententiam,

Lectio tercia.

Ea rōne vt ſi eodē momento quo decollandi erāt ſacrificiis ꝯceſſiſſet ꝑentibꝰ ⁊ cōiugibꝰ ⁊ filiis ⁊ facultatibꝰ redderent. Erāt .n. viri genere preclariſſimi ſed ⁊ de facultatibꝰ ditati. Cetera de cōi plurimorū martyꝝ vt dz. Scōꝝ Geruaſii ⁊ ꝓthaſii martyꝝ. Orō.

Deus qui nos annua ſcōꝝ mr̄ꝝ tuoꝝ. Geruaſii ⁊ ꝓthaſii ſolēnitate letificas: cōcede ꝓpitius vt quoꝝ gaudemꝰ meritis accendamur exemplis. Per dn̄m. Ad matu. Inuit. duplex. Lectio prima.

Geruaſius ⁊ ꝓthaſius cum ꝑentibus ſuis ſucceſſiſſet oīa pauꝑibus erogantes ipſos in vno cenaculo icluſerūt per decem annos i ieiuniis orōnibus vacantes quos vndecimo anno eaſcbaſiꝰ comes ad ſe iuſſit adduci ⁊ ait illis ſacrificar̄ diis expeditioꝰ vr̄a iam nouiter celēbrer. Lectio ſecunda.

Geruaſius ait victoriā a dō oīpotenti requirere debes ⁊ nō de ſimulacris ſurdis ⁊ mutis. Iratus comes iuſſit eū fuſtibus cedi donec ſpūm exalaret. Quo mortuo dixit ꝓthaſio miſer vel tu viuere ſtude. Cui ꝓthaſius quis eſt miſer ego ꝙ te nō timeo an tu ꝙ me timere ꝓbaris. Lectio tertia.

Audiens hec comes iuſſit eū fuſtibus cedi ⁊ dixit ei miſer ⁊ ſuꝑbus quare ita vis ꝑire ſicut ꝓbaſti germanū tuum ꝑiſſe. Tūc ait ꝓthaſius. Nunc tibi iraſcoꝛ quoniaꝫ cecos cordis tui oculos accendo. Tunc iratus comes iuſſit eum capite plecti. Taliqꝫ martyrio migrauit ad dn̄m. R. Hec ē vera fr̄nitas. Cetera plurimoꝝ mr̄ꝝ in cōi ſicut decet. Tranſlatio ſci Edwardi regis ⁊ martyris. Orō. Deus eterni triūphator. Quere in alio feſto. Ad mat. ix. lec. fiant ſicut in alio feſto niſi ſcē fuerint in xl. ⁊ ſi ſit tūc fiant iii lec. de cōi vniꝰ martyris ſiū regi. chori Inuit. duplex ce. vniꝰ martyris. Si feſtū ſci edwardi vel ſci albani i vna hebdo. cōtigerint celebrari tunc i ꝑdicta tranſlatione dr̄ ad .i. vſ. ſup ps fer. aīi Iſte ſcūs. Cap. Beatꝰ vir qui i ſapi. R. Btūs vir ꝗ ſuffert ten. Ad .i. vs. de ſcō albano ſup ps fer. aīi. Beatus vir. Cap. Iſte ſcūs. R. Percepturus. Vn. Aue ꝓthomartyr anglorꝝ miles regis angeloꝝ o albane flos mr̄ꝝ velut roſa vl' liliū fūde ꝑces ad dn̄m ꝓ ſalute fideliū. V. M. Oratio.

Deꝰ qui hunc diē bti albani mr̄io ꝯſecraſti tribue qſ̄s: vt cuiꝰ ānuo gratulamur officio eiꝰ ꝯtinuo foueamur auxilio. Per do. Ad mat. ix. lec. fiant inuit. duplex. Lectio prīa.

Anno dn̄ice icarnatōis ducēteſſimo octogeſſimo. vi. diocletianꝰ i oriente maximianus herculeus i occidente: vaſtari eccleſias affligi ⁊ iterfeci xp̄ianos decio poſt nerronē loco p̲ceperunt. Deniq̄ʒ britānniaʒ cū plurima cōfeſſionis de gl̄ia ſublimauit.

Lectio ſecunda.

SIquidē in ea paſſus ē ſcūs albanus de quo fortūnatus preſbyter in laude virginuʒ cū beatorum martyrū qui de toto orbe terraꝝ ad deū venirēt mētionē faceret cum ait. Albanuʒ egregium fecunda britānia prefert.

Lectio tertia.

QUi videlʒ albanus adhuc paganus cum p̲fidorum principum mandata aduerſus xp̄ianos ſeuirent quēdaʒ clericum perſecutores fugientē ſuo recepit hoſpitio. Tu autem domine.

Lectio quarta.

CUm igit̄ eū orōnibus cōtinuijs ac vigilijs die nocteq̄ʒ ſtudere conſpiceret diuina grā ſubito reſpectis exēplū illi⁹ fidei cepit emulari. Salutaribuſq̄ʒ ei⁹ exhortationibus paulati edoct⁹ relict; idolatrie tenebris xp̄ianus ex toto corde integro fcūs ē.

Lectio quinta.

CUmq̄ʒ p̄fatus clericus aliquibus dieb⁹ apud deum hoſpitaretur peruenit ad aures nephandi ꝑncipis ꝯfeſſorē xp̄i cui nec dū fuerat locus martyrij deputatus penes albanum latere. Unde ſtati iuſſit milites cū diligenter inquirere.

Le. vi

QUi cū ad tyguriū martyrꝭ p̲uenissent mox ſe ſanctus Albanus ꝓ hoſpite ſuo ac magiſtro ipſius hitu ideʒ caracalla qua veſtiebat̄ idutus militibus exhibuit atq̄ʒ ad iudicem vinctus perductus eſt.

Sine expoſitione.

COntigit aūt iudicē eadeʒ hora qua Albanus ducebatur aris aſſiſtere ac demōijs hoſtias offerre. Cū vidiſſet albanum mox ira ſuccenſus nimia q̄ ſe vltro ꝓ hoſpite quem ſuſcep̲at militib⁹ offerret ac ſe diſtrinū dare p̄ſumpſit iuſſit ſe ad ſimulacra demonū quibus aſſiſtebat ꝑtrahi dicens. Quia rebellē ⁊ ſacrilegū celare poti⁹ q̄ʒ militib⁹ reddere noluiſti q̄ q̄ʒ illi d̄ebant̄ ſupplicia tu. n. ſoluere hēs ſi a cultu religionis noſtre diſcedere tentas.

Lectio octaua.

SAnctus Alban⁹ qui ſe vltro p̲ſecutoribus xp̄ianuʒ eſſe ꝓdiderat nequaq̄ʒ p̄ncipis minas metuit. Sed a cunctis arma militie ſpiritualis palaʒ ſe iuſſis illius parere nolle ꝓnūciabat. Tunc iudex nimio furore commotus cedi ſanctū dei martyrem a tortoribus precipit antimans ſe verberibus poſſe q̄ʒ v̄bis non poterat emolire conſtantia.

Lectio nona.

TUnc ſanctus. Alban⁹ cuʒ diu tormentis afficeretur acerimis pacienter hoc ꝓ dn̄o imo gaudenter ferebat. Ad vir iudex illum tormentis ſuperari vel a cultu xp̄iane religionis reuocari non poſſe preſentit. Statim iuſſit ſanctum albanū capite plecti. ℞. Percepturus iā vir scūs. Cete. vnius martyris. Scē etheldrede v̉ginis. iii lec. cū noc. ppī vigiliā vbicūqꝫ ex. dn̄icā vl' festū vel oct'. dieꝫ corporis xp̄i euenerit nisi fiant oct. cū reg. chori cetera vnius v̉ginis nō martyris in cōmuni

Oratio.

DEus qui nos hodie beate etheldre v̉ginis tue ānua solēnitate letificas: concede ꝓpitius vt eiꝰ adiuuemur meritis cuiꝰ castitatis irradiamur exemplis Per dominum. Inuit'. simplex. Lectio prima.

IN illo tempore accepit āt rex. Egfridꝰ cōiugē nomīe Etheldredā filiam anne regis orientaliū anglorꝝ. Quā ⁊ āte illū alter vir hūerat vxorē princeps videlꝫ australiū gyrinorꝝ vocabuluꝫ cōbertus. Sed illo post modicū tēporis exquo eaꝫ accepit defuncto data ē regi p̄fato. Cuius consortio cum duodecim annis vteretur perpetua tamen mansit v̉ginitas cum integritate. Lectio secunda.

BEate memorie btūs vilfridus ep̄s asserebat se testeꝫ v̉ginitatis eius certissimū a dn̄o vt egfridus ꝓmiserat ei terras ⁊ pecunias multas esse daturꝝ si regine posset persuadere eius vti cōnubio qr sciebat illā nullum virorꝝ plus illo diligere.

Lectio tertia.

BEata etheldreda tūc multum diu regem postulans vt seculi curas reliq̄eret atqꝫ in monasterio tātuꝫ vero regi xp̄o seruire permitteret. Quod cum vix impetrasset ipsa mox monasteriuꝫ. Elbe abbatisse accepto volamine sancte monialis habitus a prefato episcopo vilfrido deuote intrauit Post annum vero in religione que vocatur hely abbatissa facta ē. Ubi monasteriū virginum cōstructo mater ⁊ v̉go exemplis cepit esse ⁊ monitis. ℞. Regnū mundi. Cetera vnius virginis non martyris vsqꝫ ad missam que erit de vigilia. In vigilia sancti ioannis baptiste. Ad primas vs̄. super ps̄. feria. an. Descendit angelus domini ad zachariam dicens accipe puerꝝ in senectute tua ⁊ habebit nomē ioannes baptista. Capitulū.

PRiusqꝫ te formarem i vtero noui te: ⁊ anteqꝫ exires de vulua sanctificaui te ⁊ ꝓphetaꝫ in gentibus dedi te. ℞. Inter natos. Hymnus.

UT queant laxis resonare fibris mira gestoruꝫ famuli tuoruꝫ: solue polluti labii reatum sancte ioannes. Nunciꝰ celso veniens olimpo te patri magnum fore nasciturū nomē ⁊ vite ordine ꝓmit. Ille promissi dubius superni perdidit prompte modulos loquele sed reformasti genitus perempte organa vocis. Uentris obtruso positus cubili senseras regē thalamo manentē hinc parens nati meritis vterqꝫ abdita pādit. Laudibus ciues celebrāt ſuperni: te deus ſimplex pariter qꝫ trine ſupplices ⁊ nos veniā precamur parce redemptis. Amen. ℣. Fuit homo miſſus. Añ. Ingreſſo çacharia templum domini apparuit ei gabriel angelus ſtās a dextris altaris incenſi. ps̄. M. Oratio.

Preſta queſumus omnipotens deꝰ vt familia tua per viam ſalutis īcedat: vt bti ioannis precurſoris hortamenta ſectando ad eum quem predixit ſecure perueniat dominū noſtrum ieſum chriſtum filiuꝫ tuum. Qui tecum. tunc eat proceſſio ad altare ſancti ioannis cum hoc ℟. Tu puer. Añ Gloria patri. ℣. Gloria ⁊ honore. Oratio. Sancti ioannis baptiſte. Quere in decollatione eiꝰ In redeundo dicitur aliqua antiphona de ſancta maria ad completorium omnia fiant ſic̄ in feſto ſancte trinitatis. Ad matuti. Inuitato. Regem precurſoris dominuꝫ. Venite adoremus. Pſalmus. Venite.

Hymnus.

Antra deſerti teneris ſub annis ciuiuꝫ turmas fugigens periſti: ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſes. Prebuit hirtum tegimen camelus artubus ſacris ſtropheum bidentes cui latex hauſtuꝫ ſociata paſtum mella locuſtis

Ceteri tantum cecinere vatū corde preſago iubar affuturum tu quidem mundi çelus auferentem indice prodis. Non fuit vaſti ſpacium per orbis ſanctior quiſquaꝫ genitus ioanne qui nephas ſeculi meruit lauātem tingere limphis. Laudibus ciues. In primo nocturno antiphona. Priuſqꝫ te formarem in vtero noui te ⁊ anteqꝫ exires ſāctificaui te. Pſalmꝰ Beatus vir. Antiphona. Ad omnia que mittam te dicit dominꝰ ibis ne timeas ⁊ que mādauero tibi loqueris ad eos. ps̄. Quare fre. Antiphona. Ne timeas a facie eorum quia ego tecum ſum dicit dominus ps̄. Domine quid mul. ℣. Gloria ⁊ ho. Lectio prima.

Natalem ſancti ioānis fratres chariſſimi diem celebramus ꝙ nulli vniqꝫ ſanctorum legimus fuiſſe conceſſum Solus ⁊ enim domini ⁊ beati ioannis dies natalis ī vniuerſo mundo celebratur ⁊ colitur Iſtum ⁊ enim ſterilis peperit illum virgo concepit. In eliſabeth ſterilitas vincitur in maria conceptionis conſuetudo mutatur. ℟. Fuit homo miſſus a deo cui nomen ioannes erat hic venit vt teſtimoniū ꝑhiberet de lumie. Et pare dn̄o plebē ꝑfectā. ℣. Erat ioannes in deſerto predicans baptiſmū peie. Et ꝑ. Lectio ſecunda.

Magnꝰ igitur ioanneſ cuiꝰ magnitudini etiã ſaluatoꝛ teſtimoniũ ꝑhiberet dõ lumine dicens. Non ſurrexit maioꝛ ioãne baptiſta inter natos mulierꝝ. Precellit cunctis eminet vniuerſis antecedit prophetas ſupgrediť patriarchas. Et q̇ſquis de muliere natꝰ ẽ iferioꝛ ẽ ioanne. ℞. Gabꝛiel angelꝰ apꝑuit çacharie dicẽs naſceť tibi filius et nomẽ eiꝰ ioannes vocabitur. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. ℣. Erit magnus eni coꝛam dño vinũ ⁊ ſiceram nõ bibet. Et. Lectio .iij.

Dicit foꝛtaſſe aliquis. Si int̃ natos mulierũ nemo ioanne maioꝛ eſt: ergo ioannes maioꝛ ẽ ſaluatoꝛe. Abſit ioanneſ eni natꝰ ẽ muliebꝛis xp̃s aũt v̓ginis. Ille coꝛꝛuptibilis carniſ effuſus iſte pollute vulue ꝓgenitus. ℞. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis p̄ibis eni ante faciẽ dñi. Parare vias eius ℣. Ad dandã ſciam ſalutiſ plebi eiꝰ in remiſſionem pctõꝝ eorũ. Parare. In .ij. noc. an. Miſit dñs manũ ſuam ⁊ tetigit os meũ ⁊ ꝓphetaꝫ i gentibꝰ dedit me dñs. ps. Cũ iuoca. An. Ecce dedi v̓ba mea i oꝛe tuo ecce cõſtitui te ſup gentes ⁊ regna. ps. Verba mea. An. Dñs ab vtero vocauit me de vẽtre matris mee recoꝛdatuſ ẽ nõis mei ps. Dñe dñs nr̃. ℣. Poſuiſti domine. Lectio quarta.

Ioannes ꝓuiſus ẽ eniꝫ ãte dñm velut vox ãn v̓bum. Et ſicut auroꝛa ante ſolẽ ita p̄co ãn regẽ. Seruus aũt ãn dñꝫ Amicus ãn ſponſũ. Niſi.n. dominus ⁊ ſaluatoꝛ nr̃ q̇ ẽ v̓uꝫ lumen pꝛiꝰhtm̃ ioannẽ velut lucernã p̄mitteret claritatẽ eius: oĩs mũdus ſuſtinere nõ poſſet ℞. Ioannes vocabitur nomẽ eiꝰ vinũ ⁊ ſiceram non bibet. Et multi in natiuitate eiꝰ gaudebũt. ℣. Ipſe p̄ibit ante dñm i ſpũ ⁊ virtute helye. Et multi. Lectio quinta

Pretermittiť igiť ioanneſ ſicut nũcius ante ꝑncipeꝫ Sicut dicit dñs ꝑ ꝓphetã. Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã q̇ p̄parabit viã tuam ãn te. Hic igiť ioannes cũctis moꝛtalibꝰ ãnfert dño dicente. Nõ ſurrexit inter natos mulierũ maioꝛ ioanne baptiſta. ℞. Ipſe p̄ibit ãn dñꝫ in ſpũ ⁊ virtute helye. Ut conuertat coꝛda prũm i filios ⁊ incredulos ad pꝛudẽtiã iuſtoꝝ ꝑar̃ dño plebẽ ꝑfectam. ℣. Erit.n. magnꝰ coram dño ⁊ ſpũ ſcõ replebiť. Ut cõ. Lectio ſexta.

Quam pulchꝛe dictũ ẽ iter natos mulierũ nõ ẽ maiõ qꝛ ille oĩbus modis maioꝛ erat ioanne q̇ de v̓gine naſcebatur. Nos ergo frẽs kmĩ illiꝰ adiuti ſuffragiis ab oĩbus mũdemus nos inquinamentis ſpũs ⁊ carnis quatenꝰ ſicut de illiꝰ hodie natiuitate ita dei noſtri recõſiliatōe gaudere mereamur. ℟. Eliſabeth çacharie magnū virum genuit ioannem baptiſtā p̄curſorē dn̄i. Qui viā dn̄o p̄parauit i heremo. ℣. Fuit hō miſſus a dō cui nomē ioannes erat. Qui viaz. In .iii. noctur. iij. Poſuit os meū dn̄s quaſi gladiū acutū i vmbra manus ſue ꝓtexit me. ps. In do. cōfi. An. Formans me ex vtero ſeruum ſibi dn̄s in lucē gentiū vt ſiz ſalus ei⁹ ab extremis terre. ps. Dn̄e q̇s habi. An. Reges videbunt ⁊ ꝯſurgēt ꝑncipes et adorabūt dn̄m deū tuum q̇ elegit te. ps. Bonū ē ꝯfi. ℣. Iuſtus vt palma. Secundū lucā

In illo tp̄e. Eliſabeth impletū ē tempus ꝑiēdi ⁊ peꝑit filium. Et reliqua. Omelia venerabilis bede preſbiteri.

Precurſoris dn̄i natiuitas ſicut ſacra lectio euangelice ꝓdit hyſtoria multa miraculoꝝ ſublimitate refulget. Qꝛ nimirū decebat vt ille quo maior inter natos mulierū nō ſurrexit: maiore ꝑceteris ſc̄is i ipō mox ortu v̄tutū iubare clareſceret. ℟. Innuebāt pr̄i ei⁹ quē vellet vocari eū ⁊ poſtulans pugillarē ſcripſit dicens. Ioannes ē nomē ei⁹. ℣. Apptū ē os çacharie ⁊ ꝓphetauit dicēs. Ioānes

Lectio octaua.

Senes autez ⁊ diu īfecūdi ꝑentes dono nobiliſſime ꝓlis exultāt. Ipſi prī quē icredulitas mutum reddiderat ad ſaluandū nomē ꝑconē gr̄e os ⁊ ligua r̄ſeratur. Nec ſolū facultas dn̄i bn̄dicendi reſtituit̄ ſz de eo etiam ꝓphetandi v̄t⁹ augetur. ℟. Precurſor dn̄i vēit de quo ipſe teſtat̄. Nullus maior inter natos mulierū ioāne baptiſta. ℣. Hic ē enim ꝓpheta ⁊ pluſq̄z ꝓpheta de quo idem ait. Nullus ma. Lectio nona.

Merito ꝑ orbē ſcā eccleſia que tot btōrū martyrum victorias quib⁹ ingreſſū regni celeſtiſ merere frequentāt. Huius ſolo mundo: natalē p⁹ dn̄i etiā natiuitatis diem celebrari conſueuit quia nullatenus ſin̄ angelica auctoritate in conſuetudinem veniſſe credendum ē. ℟. Inter natos mulierum nō ſurrexit maior ioāne baptiſta. Qui viaz domino preparauit in heremo. ℣. Fuit homo miſſus a deo cui nomen erat ioannes. Qui viaz. ℣. Fuit homo. In laudibus an̄. Eliçabeth çacharie magnum virum genuit ioannem baptiſtam precurſorem domini. ps. Domin⁹ regnauit. Antiphona. Innuebāt patri eius quem vellet vocari eum ⁊ ſcripſit dicens ioannes eſt nomen eius. ps. Iubilate. Antiphona. Ioānes vocabit̄ nom̄ ei⁹ ⁊ in natiuitate ei⁹ multi gaudebunt. ps. Deus deus. Antiphona. Ioannes eſt nom̄ eius vinum ⁊ ſciceram non bibet ⁊ multi in natiuitate eiuz gaudebunt. ps. B. Antiphona.

Iſte puer magnus coraꝫ domino nam ⁊ manus eius cum illo eſt. ps. Lauda. Capitulum.

Audite inſule et attendite populi de longe: dominus ab vtero vocauit me de ventre matris mee recordatus eſt nominis mei. Hymnus.

O Nimis felix meritiqꝫ celſi neſciens labeꝫ niuei pudoris ꝑpotens martyr heremiqꝫ cultor maxime vatum. Serta ter denis alios coronant aucta crementis duplicata quoſdam trina centeno cumulata fructu te ſacer ornant. Nunc potens noſtri meritis opimis pectoris duros lapides repelle aſperuꝫ planans iť ⁊ reflexos dirige calles. Ut pius mundi ſator ⁊ redemptor mentibus pulſa liuione puris rite dignetur veniens ſacratos ponere greſſus. Laudibus ciues. ℣. Iuſtus germi. Añ. Apertum eſt os çacharie et ꝓphetauit dicens bñdict⁹ dñs deus iſrael. Et ꝑcantes a toto choro vſqꝫ hoc verbũ. bñdict⁹ anteqꝫ ps. intonetur. Oratio.

Deus qui ꝑſentem dieꝫ honorabilẽ nobis in beati ioãnis natiuitate feciſti: da populis tuis ſpũaliũ grãm gaudiorꝫ ⁊ oiũm fideliũ mentes dirige ĩ viam ſalutis eterne. Per do. Ad. i. añ. Eliçabeth. ps. Deus in nomi. Añ. Gratias tibi. ps. Quicũqꝫ vlt. Ad. iij. añ. Innuebãt. Capłm. Audite inſule. ℟. Gloria ⁊ bono. Ad. vj. añ. Ioãnes vocabitur. Capłm.

Hec dicit dominus formãs me ex vtero ſeruuꝫ ſibi dedi te in lucem gentiũ vt ſis ſal⁹ mea vſqꝫ ad extremũ terre. ℟. Poſuiſti domine. Ad. ix. añ. Iſte puer. Capitulum.

Reges videbũt ⁊ cõſurgẽt ꝑncipes ⁊ adorabũt dñm deum tuuꝫ ⁊ iſrael qui elegit te. ℟. Iuſtus vt pal. Ad. ij. vš. ſuper ps. feriales añ. Eliçabeth. Capitulum. Audite inſule. ℟. Tu puer. Hymnus. Ut queant laxis. ℣. Iuſtus germinabit. Añ. Factum eſt die octauo venerunt circumcidere puerum ⁊ vocabant euꝫ nomine patris ſui çachariam: ⁊ reſpondens mater eius dixit nequaquã ſed vocabitur ioannes. ps. Magnificat. Oratio vt ſ. Infra octa. quando fit ſeruitium de ſancto ioanne fiat ſine regimine chori. Inuitatoriũ. hym. añe. ⁊ ps. ſicut in die. ℣. ⁊ ℟. ſcđm ordinem nocturnorum: ita tamen ꝙ ℟. Priuſqꝫ te for. ſit tertiuꝫ reſponſoriũ: ⁊ in dominica infra octa. quando fiunt medie lectões de ſancto ioanne tunc erit. vj. ℟. ſciłꝫ Priuſquã te. Secunda die. ℣. Gloria ⁊ honore coronaſti euꝫ domine. Lectio. i.

Feſtiuitatem hodiernam ⁊ pñteꝫ frẽs kmĩ venerandi ioannis baptiſte gemina natiuitas ꝯſecrauit. Qui in dominico in hoc ſeculo ſupna diſpẽſatione directus eſt: vt non ſolum ipsi prophetali sublimaretur gloria: sed vt omni per eum p̄conia ꝓphetaꝝ firmaref. Tu autem domine. ℞. Fuit homo

Lectio secunda.

HEc in merito illuz p̄cipuo nunc honor̄ veneremur q̄ spirituali quadam gratia ob h̄ redemptorē mundi nouissimus prophetauit vt eum prius ostēderet. Hic enim solus est ꝓpheta qui dn̄m. n. iesum christum: quem alij in longa futurum tēpora precinerunt proprijs ocul' videre meruit ⁊ annunciare p̄sentem. ℞. Gabriel. Lectio. iii.

VEniente domio ad baptismum sicut sacratissimum euangelium refert beatus ioannes baptista huius prorupit in vocem dicens. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Propter quod nimirum plus q̄z propheta dictus est a saluatore: quoniam ceteri omnes vēturi adhuc christi precones fuere hic baptismus venit deū presens assertor. Tu autem domie ℞. Priusq̄z te formarem i vtero noui te ⁊ antequaz exires de ventre sanctificaui te. Et ꝓphetam in gentibus dedi te. ℣. Ad omnia que mittaz te ibis ⁊ que mādauero tibi loqueris ad eos Et ꝓphetam. Gloria patri. Et prophetam. ℣. Fuit homo. In laudibus an̄ Elizabeth. Capi. Audite. Hymnus. O nimis felix. ℣. Iustus germinabit. De sequentes antiphone dicuntur infra octauam ad vs̄. ⁊ ad matu. sup ps̄. M. ⁊. B. Cum repetione earundē an̄. Inter natos mulieꝝ nō surrexit maior ioanne baptista. An̄. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaber℥ p̄ibis enim ante faciem dn̄i pare vias eius An̄. Puer q̄ nat⁹ ē nob̄ plusq̄z ꝓpheta est hic ē eniz de quo saluator ait. inter natos mulieruz non surrexit maior iohāne baptista. An̄. Ex utero senectutis ⁊ sterilis iohannes nat⁹ est p̄cursor domini. An̄. Pro eo ꝙ nō credidisti v̄bis meis eris tacēs ⁊ nō poteris loq̄ vsq̄z in diē natiuitatis ei⁹. ⁊ ad memoriā de hic ℣. Fuit ho. semp tā ad matutinas q̄z ad vs̄. cū orōe de die deinde dn̄r memorie ꝯsuete cetera oīa ut s̄: sicut in die prima Scōꝝ Iohānis ⁊ pauli ad vs̄ sr ps̄. fer. an̄. dn̄r. Capl'z.

HI sunt viri mīe quoruz iusticie obliuionem nō acceperunt cum semine eoruz p̄manent bona hereditas sancta nepotes eoꝝ. Hym. Scōꝝ merit℥ ℣. Letamini in do. An̄. Isti sunt due oliue ⁊ duo cādelabra lucētia an̄ dn̄m hn̄t ptātē claudere celū nubib⁹ ⁊ apire portas eius q̄z lingue eoꝝ claues celi fcē sūt ps̄. M. Oratio.

QUesumus omnipotēs deus ut nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat: que de beatoꝝ ioannis ⁊ pauli glorificatiōe procedit: quos eandem fides ⁊ passio vere fecit cē germanoſ. Per. Memo. d̄ ſcō ioanne. Ex vtero. ℣. Fuit hō. Or̄o ut s̄. ⁊ alie memo. cōſuete dn̄r. Ad mat. iij. le. inuita. duplex ſine regi. chori. Lectio .j.

In illo tp̄e. Impiiſſimo iuliano ceſare facto peruēit ad eum quod paulus ⁊ ioānes qui fuerāt cubicularij ꝯſtantie filie ꝯſtantini oī die turbas xp̄ianorū pauperū reficerēt in domib⁹ ſuis. Ex hiſ opib⁹ quas ſacratiſſima vͦgo ꝯſtantia r̄liquerat. Quos ad ſe iulianuſ aduocans dixit ad eos. Conſiderar̄ debetis. qꝛ vos i regia aula nutriti nō debetis deeſſe lat̄i meo vt habeā vos ꝑmos in palacio meo. ℟. Paulus ⁊ ioannes dixerunt ad iulianū: nos vnū deum colimus. Qui fecit celuꝫ et terrā. ℣. Nō tibi ꝓponim⁹ ꝑſonā qualēcunqꝫ deuꝫ tibi ꝓponimus. Qui fecit. Lectio .ij.

Paulus ⁊ ioānes dixerunt hoīes xp̄iani ſum⁹ ⁊ vnuꝫ deū qui fecit celū ⁊ terram colimus. Timemus amicitias vͦ tuas ne iimicitiaſ incurramus eterni dei. Et ideo te ſcire volumus ꝙ nunquā ad culturaꝫ tuam: nunquā ad palaciū tuū veniem⁹. ℟. Beati martyres xp̄i ioānes ⁊ paulus dixerūt iuliano nobis aūt alius non eſt niſi vnus deus. Pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpiritus ſcūs. ℣. Unus ſpiritus et vna fides erat in eis. Pater ⁊ filius. Lectio .iij.

Tunc reſpondit Iulianuſ ⁊ dixit ad eos. Putatiſqꝫ vos ſibi martyres faciāt chriſtiani. Hoc cum iam dixiſſet ſurrexit dicens. Decima die tranſacta ſponte adueniētes amicos vos habeo: ſi veniētes q̄ſi publicos hoſtes. ℟. Paulus ⁊ ioannes dixerunt ad terrentianū ſi tuuſ dn̄s eſt iulianus habeto paceꝫ cum illo. Nobis alius non eſt niſi dn̄s ieſus chriſtus. ℣. Semel enim a facie dei proiectus vult ⁊ alios ſecum in interituꝫ deuenire. Nobis. ℣. Iuſti aūt.

In laudib⁹ añ. Paulus ⁊ ioānes dixerunt iuliano nos unuꝫ deū colimus qui fecit celum et terrā. ps. Dn̄ſ reg. An. Paul⁹ ⁊ ioannes dixerūt ad terrentianū: ſi tuus dn̄s eſt iulianus habeto pacē cum illo nobis alius nō eſt niſi dn̄s ieſus chiſtus. ps. Iubi. An. Ioannes ⁊ paul⁹ cognoſcētes tyrannidē iuliani facultates ſuas pauperib⁹ erogare ceperūt. ps. Deus deus. An. Spūs ſancti ⁊ aīe iuſtoꝝ hymnū dicite deo in eternū. ps. B. An. ioānes ⁊ paulus dixerunt ad gallicanū fac votum deo celi ⁊ eris victor melius q̄ꝫ fuiſti. ps. Caplm. Hi ſunt viri. Hym. Rex glorioſe martyꝝ. ℣. Mirabilis deus. An. Beati martyres chriſti ioānes ⁊ paulus dixerunt iuliano: nobis autem alius non eſt niſi vnus deus pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus. ps. B. Or̄o ut s̄. memo. d̄ ſancto ioanne An. Pd eo. ℣.

Fuit h. Oratio ut s. ⁊ dicunt memo. ꝯsuete. Ad .i. añ. **Paul⁹ ⁊ io.** Ad .iii. añ. **Paulus.** Cap. **Hi sunt viri.** ℞. **Letamini.** Ad vi. añ. **Joannes ⁊ pau.** Capłm.

Corpa scõꝝ in pace sepłta sunt ⁊ viuent noīa eorum in eternum. ℞. **Exultent iusti.** Ad .ix. añ. **Joannes ⁊ pau.** Ca.

Sapiam sanctoꝝ narrabūt oēs populi: ⁊ laudem eorū ꝓnunciat omis ecclīa scõꝝ. ℞. **Justoꝝ anie.** Oro ut s. Si h̄ festū sanctoꝝ ioānis ⁊ pauli i dn̄ā euenerit hoc mō fiat seruitium. Ad .i. vs. sup ps. feria. añ **Sancti ꝑ fidem.** Capłm. **Hi sunt viri.** ℞. **Paulus ⁊ ioan.** Hymn⁹ **Sanctoꝝ meritis.** ℣. **Letami.** Añ. **Isti sunt due oli.** ps. **Ma.** Oro ut s. Memo. de scõ ioanne ⁊ de dn̄ā ⁊ de trinit. ⁊ ꝓcessi. añ crucez nisi aliq̄ dn̄ā ōio oporteret differri: tūc eni memo. d̄ dn̄ā. ⁊ de trinit. non fiat nec ꝓcessio añ crucē. Complet. simplex dr̄. Ad matut. ix. lec. fiant. i. iii. prime lec. cum tribus ℞. de .i. noc. cōis hystorie ꝑlimoꝝ martyrū ⁊ medie lec. de scõ ioāne bapt. cū ℣. ⁊ ℞. de .i. noc. sci ioannis bapt. Ita tn̄ q̄ ℞. **Priusquā.** erit. vi. ℞. iii. vltime lec. sine expositiōe legant cū ꝓprietate sanctoꝝ que habent cum ℞. ⁊ lau. supradictis cū hoc ℣. ante lec. de .iii. noc. ℣. **Justoꝝ aie.** Si do historia **Deus oim.** in hac dn̄ā inchoanda fuerit totū seruitiū de dn̄ica fiat: ⁊ festū sanctorum ioānis ⁊ pauli differt vsq3 i crastinū: ⁊ ibi fiant .iii. lec. cum ℞. ⁊ laudib⁹ supradictis. Ad .i. et ad oēs alias horas ōis fiant ut supra notat' excepto q̄ si dn̄ica fuerit dr̄ ad .i. super ps. **Quicūq3 vult.** Añ. **Te iure lau.** Et ad .ii. vs. añ. **Paulus ⁊ io.** ⁊ ps. dominicales dnt capłm. **Hi sunt viri.** hym. **Rex gloriose.** ℣. **Mirabilis.** Añ. **Absterget deus.** ps. **Ma.** Oro. **Oms ops. d.** Memo. de scõ ioanne. añ. **Tu puer.** ℣. **Fuit h.** Oro ut s. Deinde fiat memo. de dn̄ica si de ea ꝓus facta fuerit. Ad .i. vs. memo. Dominica infra oct. que varie contigerit si a festo vacauerit fiet medie lec. de scto ioanne bapt. sin autē tm̄ memo. in die apłoꝝ petri ⁊ pauli. Nam tunc non fiat memo. in audiētia sed sub silentio. tm̄ in festo sanctoꝝ ioannis ⁊ pauli fiant medie lec. de scto ioanne baptista. Lectio .i.

Cum de nuncupatiōe pueri cognatoꝝ vicinorūq3 hesitaret arbitriū ꝓprietate noīs eius q̄3 ab angelo dictāte didicerat: recepta subito prius ꝓstina facultate sermonis pat' mutus aperuit os. ℞. **Fuit h.**

Lectio .ii.

At cuius natiuitatē ꝑceptiōe celesti tentus expectabat nati vocabuluz loqueret': ut agnosceret anxius senex per eum se sibi redditum quē de se nō crediderat nasciturum: nec dubitabat vltra celitus illū vel ꝓmissum fuisse: vel

natum cuius cauſa ⁊ amiſiſſe ꝓbabat ⁊ accepiſſe ſermone. ℟. Gabriel. Lectio .iij.

QUid hac fratres religione glīoſius. Quid ac īſignius fide in qua ſterilis concepit Uirgo ꝑturit mutus loquit̄ et inter ſecreta maternoꝝ viſcerū puuli totius mundi gaudia futura p̄ludiuit. Hec eni poterat ſub lege veteri ordinē ſuū mortalit̄ ſeruar̄ natura quā per nouā natiuitatis grām nouū ſalutis hoīum myſteriū ꝓbatur. ℟. Priuſq̄ꝫ te for. In die ſanctoꝝ ioannis ⁊ pauli ſi dñica nō fuerit. tunc eni .ij. veſpe de ſcō ioāne bapt. hoc mō ſuper pē. feriales añ. Eliçabeth. Caplm. Audite i. Hym. Ut queant. ℣. Fuit hō. Añ. Puer qui natus. Orō ut ſ. nulla fiat memo. de martyribus ioāne ⁊ paulo ſꝫ dñr memo. cōſuete. Quarto die infra octauam. Lectio prima.

BEatus ioānes baptiſta cuius nunc feſtiuitatem letamur celeſtia mūdo gaudia ſterili ab vtero hodie natus reuixit Intm̄ vt in eo aūt ſpecialis xp̄i p̄ſu' fit electio vt autē mereretur xp̄m annūciare q̄ꝫ naſcendo nunciū vel linguā nunciar̄ poſſet ⁊ accipere. Lectio .ij.

DEniq̄ꝫ eliçabeth illa vetꝰ mulier ⁊ vna mater q̇ an̄ partū ſuum de futuri filij letabatur officio veniēti ad ſe btē marie in ipſo ſalutatiōis occurſu ait. Ecce ex quo facta eſt vox ſalutatiōis tue in auribꝰ meis infans exultauit in gaudio in vtero meo. ℟. Iſte puer. Lectio .iij.

TEre oīum hic beatiſſimus puulorū qui ītra materna viſcera ꝯcluſus adeſſe ſaluatorem mūdi: qd̄ nec duꝫ ſermone poterat ꝓphetico gaudio reuelat. Solus eni baptiſta dñi vltra legem naſciturū natiuitatē ſuā leticia p̄uenit ⁊ exultatō. Priuſq̄ꝫ te for. Añ. Ex vtero. pē. B. Oratio. Deus qui p̄ſen. Cetera vt ſ. Sancti leonis pape. Caplm. Ecce ſacerdos.

DEus qui beatū leonē pontificē tuū ſanctoꝝ tuoꝝ meritis coequaſti: ꝯcede ꝓpitius: vt qui cōmemoratōis feſta eius ꝑcolimꝰ: vite eius quoqꝫ imitemur exempla. Per dñm. Memo. ꝫ ſcō io. inne. añ. Pro eo qd̄. Memo. de cruce de ſancta maria ⁊ de omnibus ſanctis. Ad matutinas tres lectiones cum nocturno propter vigiliam omnia fiant de feſto vſque ad miſſam que erit de vigilia. Si hec vigilia infra octa. corporis chriſti vel infra octauam trinitatis euenerit omnia fiant ut ſ. dicitur in feſto ſcē petronille. Lectio prima.

LEo minor natiōe ſicula ē patre paulo ſedit [illegible] cathedra menſibus decem ⁊ diebus ſeptem. Hic fuit vir eloquentiſſimus ⁊ in diuinis ſcripturis ſufficienter inſtructꝰ greca ⁊ latina lingua eruditꝰ. Lu autem domine. Reſponſoria ſicut vnius confeſſoris ⁊ pontificis. Lectio ſecunda.

Cantilena ac pſalmodia p̄cipuus lingue quoqꝫ eloquentia ſcholaſticus exortator omnium bonorum opum que plebi florentior: ⁊ erga inopum prouiſione non ſolum mentꝭ pietate: ſed etiaꝫ ſtudij ſui laboribus ſolicitus. Tu autem domine. Lectio tertia.

Hic leo ſuſcepit ſextaꝫ ſynodum: que per gratiam dei ſcilicet prouidentiã nuper in regia vrbe celebrata ē ſimulqꝫ cũ eo legati apoſtolice ſedis ⁊ duo patriarche id eſt conſtantiopolitanus ⁊ antiochenus atqꝫ cẽtum quiquaginta epiſcopi quã etiã greco eloquio conſcriptaꝫ ſtudioſe in latinum tranſtulit. Cetera de comuni vnius cõfeſſoris. Memoria de ſancto iohãne. Añ. Inter natos. ℣. ⁊ oratio vt ſ. ⁊ alie memorie dicuntur.

In vigilia apoſtolorum petri ⁊ pauli. Ad p̃mas vẽ. ſuper pſ feriales añ. Quem dicunt homines eſſe filium hominis dixit ieſus diſcipulis ſuis: reſpondens petrus dixit: tu es chriſtꝰ filiꝰ dei viui: ⁊ ego dico tibi: q̄a tu es petrus ⁊ ſuper hanc petrã edificabo eccleſiam meam. Capitulum.

Petrus quideꝫ ſeruabatur in carcere: oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deum pro eo. R. Cornelius centurio vir religioſus ac timens deum vidit manifeſte angelum dei dicenteꝫ ſibi. Corneli mitte ⁊ accerſi cito ſymonem qui cognominatur petrus. Hic dicet tibi quid te oportet facere. ℣. Cumqꝫ oraſſet cornelius nõdum in chriſto renatus apparuit ei angelus dicens. Corneli mitte ⁊ accerſi. Gloria patri et filio. Hic dicet tibi quid. Hymnus.

Aurea luce et decore roſeo lux lucis omne perfudiſti ſeculum: decorans celos inclyto martyrio hac ſacra die que dat reis veniam. Ianitor celi doctor orbis pariter iudices ſecli veri mundi lumina: ꝑ crucem alter alter enſe triumphãs vite ſenatum lauriati poſſidẽt. Iam bone paſtor petre clemẽs accipe vota precantũ ⁊ peccati vicula r̃ſolue tibi poteſtate tradita qua cunctis celum verbo claudis aperis. Doctor egregie paule mores inſtrue: ⁊ mente polum nos tranſferre ſatage donec perfectũ largiatur plenius euacuato quod ex parte gerimus. Oliue bine pietatꝭ vnice fidei deuotos ſpe robuſtos: maxime fonte repletos charitatis gemine poſt mortem carnis impetrate viuere. Sit trinitati ſempiterna gloria honor ptãs atqꝫ iubilatio i vnitate cui manet ĩpiũ extũc ⁊ mõ ꝑ etna ſcl'a Amē. ℣. Tu es pe. R. Et ſr̃ hãc petrã edi. eccl. m. Añ. Btũs pe trus apoſtolus vidēs ſibi xp̄m occurrere adorãs eum ⁊ ait domine quo vadis venio romã iterum crucifigi. ℣. M. Oratio.

Deus qui nos beatorum apoſtolorum tuorum petri ⁊ pauli glorioſa natalitia ꝑuenire cõcedis: tribue q̄ſ: eorū nos ſemꝑ ⁊ beneficiis ꝑueniri: ⁊ orationibus defendi. Per. Nulla fiat memo. ad has vš. de ſcõ iohanne: nec ad matu. neq; ad .ij. vš. nec ad miſſam de die in audientia. Ad comple. oĩa fiant ſicut in feſto trinitatis ꝓpter duplex feſ. Ad matu. Inuit. triplex. Xp̄m regē adoremus dñm. Qui martyrio crucis beatū glorificauit petrū apl̄m. ℣. Venite. Hym. Aurea luce. In .i. noct. añ. In plateis ponebãtur infirmi i lectul' vt veniēte petro ſaltē vmbra illius obumbraret quēquã illorum ⁊ liberarentur ab īfirmitatibus ſuis. ℣. Celi enar. Añ. Ait petrus ꝑncipib⁹ ſacerdotū ibm quē vos interimiſtis ſuſpēdētes i ligno. hūc de⁹ ſuſcitauit a mõtuis: ⁊ pricipē ac ſaluatorē exaltauit ad dandã penitētiã in remiſſiōem pctōrū. ℣. Bñdicat. Añ. Petrus apl̄us dixit palitico enea ſanet te dñs ieſus chriſtus ſurge ⁊ ſterne tibi qui cõtinuo ſurrexit ⁊ oēs qui videbãt ꝯuerſi ſūt ad dñm. ℣. Eructa. ℣. In om. t. Lectio .i.

Omnium quidē ſcōrū ſolēnitatum dilectiſſimi totus mūdus eſt ꝑticeps ⁊ vni⁹ fidei pietatis exigit vt q̄cq̄d ꝓ vniuerſorum ſalute geſtū recolitur cōibus vbiq; gaudiis celebretur. ℟. Symō petre anq̄ȝ vocaui te: noui te: ⁊ ſuper plebē meã pricipē te ꝯſtitui. Et claues regni celorū tradidi tibi. ℣. Quodcunq; ligaueris ſuꝑ terrã erit ligatū ⁊ in celis: ⁊ quodcunq; ſolueris ſuper terrã: erit ſolutū ⁊ in celis. Et claues. Lectio .ij.

Verūtñ hodierna feſtiuitas ꝓpter illã reuerentiam q̄ȝ toto orbe terrarum ꝓmeruit ſpēali ⁊ ꝓpria romane vrb exultatiōe venerãda eſt: vt vbi precipuorum aplōrum glificat⁹ eſt exit⁹ ibi in die martyrii eorū ſit leticie ꝑncipat⁹. ℟. Ego ꝓ te rogaui petre vt nō deficiat fides tua Et tu aliqñ ꝯuerſus ꝯfirma fratres tuos. ℣. Symon ecce ſathanas expediuit vos vt cribraret ſicut triticū: ego aūt rogaui ꝓ te Et tu aliqñ. Lectio .iij.

Iſti ſunt enī viri ꝑ quos tibi euangelium xp̄i roma reſplēduit. Et tu que eras magr̄a erroris facta es nūc diſciplina veritatis. Iſti ſunt patres tui ſci veri paſtoreſq; q̄ te regnis celeſtibus in ſeruandã multoq; felicius ꝯdiderūt: quã illi quorū ſtudio ꝑma meniorum fundamēta locata ſunt. ℟. Si dilig me ſymon petre paſche oues meas Dñe tu noſti q2 amo te. Et animã meã ponã ꝓ te. ℣. Si oportuerit me mori tecū nō te negabo. Et animam meam po. Glo ria patri ⁊ fi. Et aiaʒ. In ij. nocturno a. Factū est vt quedā discipula noie tabita plena operibus bonis ⁊ elemosinis ifirmata moreretᷣ miserūt autē discipuli ad petrū rogantes ne pigriterꝭ venire ſqʒ ad nos. ℟. Omnēs gen. plau. ℣. Adueniēte petro circūsteterūt illū oēs vidue flētes ⁊ ostendētes tunicas ⁊ vestes quas faciebat illꝭ dorcas. ℣. Exaudi de. dep. Añ. Ponēs petrus genua sua orauit: ⁊ ꝯuersus ad corpus dixit tabita surge: at illa apuit oculos et viso petro resedit dansqʒ illi manū erexit eā ⁊ sctis ac viduis assignauit viuā. Ps. Exaudi de. ora. ℣. Constitues eos principes.

Lectio quarta.

Ex quibus his qui fedauit te sede supna qui tibi nomē dedit. Isti sunt q̄ te ad hāc gloriā puexerūt: vt gens scā pplus acq̄sitōis ⁊ elect⁹ ciuitas sacerdotalis ⁊ regia. Per sacrā bti petri sedē caput orbis effecta latius psideres religione diuina q̄ʒ dn̄atione terrena. ℟. Tu es petrus ⁊ sup hāc petrā edificabo ecclīam meaʒ: ⁊ porte inferi nō pualebunt aduersus eaʒ. Et tibi dabo claues regni celorum. ℣. Quodcūqʒ ligaueris super terrā erit ligatū ⁊ in celis. ⁊ q̄dcunqʒ solueris sup terrā erit solutū ⁊ in celis. Et tibi dabo claues regni.

Lectio v.

